Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 7

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500898

3ª (6) - 13 -

1.º Mirabeau

2.º Pereira Dias

3.º J. Griffith Marques

4.º Silva Pereira

5.º Fernando de Mello

6.º Filipe de Fuentes

7.º Meirelles

8.º Lacerda

9.º Sacadura

10 – Godinho de Faria

11 – Motta

12 – Costa Alemão

13 – João Jacintho

CARI,

SEMPERQUE SIBI DESIDERATI,

PATRIS

EMMANUELIS PEREIRA DIAS;

ATQUE

MATERTERAE,

SIBI DILECTISSIMAE,

D. RITAE DE CASSIA PEREIRA DOS SANCTOS,

MEMORIAE,

IN AETERNUM GRATI

DEVINCTIQUE ANIMI

MONUMENTUM

EMMANUEL PEREIRA DIAS.

b24532320

THESES

EX

UNIVERSA MEDICINA

SELECTAE,

QUAS,

PRAESIDE

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO

D. D. ANTONIO JOACHIM BARJONA,

PRIMARIO MEDICINAE FACULTATIS PROFESSORE

P. O.

CAET. CAET. CAET.

IN

CONIMBRICENSI ACADEMIA,

Integris hujus mensis Julii diebus secunda et tertia,

PROPUGNANDAS

D.

EMMANUEL PEREIRA DIAS.

INAUGURALI DISSERTATIONI

EX

SAPIENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

MEDICORUM SENATUS DECRETO

ARGUMENTUM PRAEBET:

Existirão medicamentos, cuja acção primitiva se dirija sôbre o sangue?

E poderá esta estudar-se só pelo ensaio physiologico?

Ex Anatome Humanâ et Comparatâ.

I.

Cellularum metamorphosis multiplex.

II.

Striata fibra ultimus evolutionis telae muscularis gradus.

III.

In osseum corpusculum cellula telae conjunctivae blastemica directe transformatur.

IV.

Glycogenicus in hepate apparatus non existit.

V.

Nervi optici fibrae in cellulas desinunt.

VI.

Mucosae intestinalis structura non ubicumque eadem.

VII.

In posterioribus spinalis medullae funiculis nervosi tubi ascendentes descendentesque existunt.

VIII.

Rachidis ganglia nervosa etiam centra sunt anatomica.

IX.

Anatomia Humana et Comparata ad Regnum Humanum constituendum fundamenta non praebent.

Ex Physiologiâ, Hygieinâ, et operationibus Chirurgicis.

I.

Motilitas solummodo animalitatis character insignis.

II.

Psycologia Physiologiae pars.

III.

Nutritio tantummodo physicis et chemicis actionibus, vitalitatis vi subjectis, peragitur.

IV.

Libertatem voluntatemque, tanquam simplices cerebri facultates, non admittimus.

V.

Anteriores spinalis medullae radices etiam sensationes transmittunt.

VI.

Musculari textu inest irritabilitas.

VII.

Non hepatis dumtaxat glycogenia.

VIII.

Mixta lactatio artificiali semper, naturali autem aliquando, praestat.

IX.

In enteroraphiâ *Palfin* processus anteferendus.

Ex Materiâ Medicâ et Pharmaciâ Pathologiâ Generali et Chirurgicâ.

I.

Medicamentum inter et venenum non verum discrimen.

II.

Strychnina haud aliter, nisi sanguine interveniente, agit.

III.

De ferri actione in chlorosi, quod sentit Cl. Bernardus, nobis minime sufficit.

IV.

Hydrargyri protochloruretum intra oeconomiam in deutochloruretum transformari potest:

V.

Idque, dosibus pharmacologicis adplicatum, intoxicationem aliquando efficit.

VI.

Deslocationis processus non modo difficilis, sed etiam producta plerumque praebet imperfecta.

VII.

Scrofulae et tubercula una eademque affectio.

VIII.

Ophthalmia aegyptiaca a blennorrhagicâ nec semper discerni potest:

IX.

In his curandis *Vidal de Cassis* methodus praestantissima.

Ex Pathologiâ et Therapiâ Medica; Arte Obstetriciâ; Medicinâ Forensi Publicâ Hygieinâ, et Hippocraticâ Doctrinâ.

I.

Procul dubio monomaniae: quibus non adversatur cerebralium facultatûm physiologia.

II.

Qui vitae suae vim afferunt, nec semper verâ maniâ pertracti.

III.

In Brighti morbo organicam renum laesionem dyscrasia antecedit sanguinea.

IV.

Gastricae autumnales plerumque essentiales febres intermittentes et simulatae.

V.

Tussis convulsiva (coqueluche) catarrhalis mucosae supraglotticae affectio.

VI.

Typhum inter et febrim typhoidem haud verum discrimen.

VII.

De asthmate *Beau* sententiam non accipimus.

VIII.

In rheumatismo articulari nodoso iodii usus valde utilissimus.

IX.

Ut perturbationes, quas hydrohaemia in gravidis producit, perfecte curentur, nunquam ad emissiones sanguineas confugiendum.

X.

Quum indomabilis torquet gravidas vomitus, praematuri partûs operationem rejicimus.

XI.

In sponsionibus pro vitâ periculis commissâ (nos seguros de vida) suicidium procedere a sanae mentis actu non existimandum.

XII.

Laesionibus, in cadavere peractis, suicidium discernere ab homicidio saepenumero impossibile.

XIII.

Vulnera et ictus, ante et post mortem peracti, nequeunt semper dignosci.

XIV.

In Portugaliâ una tantum Medicinae Facultas admittenda:

XV.

Ejusque sedes Conimbricae servanda.

XVI.

Lusitani operarii alimentatio non sufficit:

XVII.

Huic tanto malo a Reipublicae Gubernatoribus accurate providendum.

XVIII.

Sec. 2.ª — aph. 25. — Aestivae quartanae magna ex parte breves; etc.
» » — » 45. — Quicumque juvenes morbo comitiali laborant, etc.
» 4.ª — » 55. — Ex bubonibus febres omnes malae, etc.
» 6.ª — » 8. — Hydrope laborantibus ulcera in corpore facta difficulter sanantur.

CONIMBRICAE — TYPIS ACADEMICIS — MDCCCLX.

THESES

DE

MEDICINA

1859

A

1869

[S]ala
Gab.
Est.
Tab.
N.º